

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3202

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 386

**Auteur(s) :** Raoul fils d'Anseré [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1071...

**Lieu d'émission :** Saint-Wandrille

**Action juridique :** donation

**Description de l'original :** chirographe (cyrographum)

**Langue du texte :** latin  
chirographe (cyrographum)

## Analyse

Raoul Fils-Anseré et sa femme, Gerberge, concèdent la dîme de Beaunay, le quart du monastère dépendant de l'« alleu » du donateur et le quart de cet « alleu », réserve faite de la dîme des juments, laquelle appartient à Saint-Evroul. Cette concession ne vaut que pour la vie du donateur. C'est après son décès, au contraire qu'est valable la donation de la dîme d'Allouville. Toutes les sommes d'or et d'argent trouvées en deçà de la Seine le jour de la mort des donateurs appartiendront à l'abbaye. — En compensation, l'abbé accorde à Gerberge d'être ensevelie en l'abbaye et concède au donateur la terre de Bettecrot à titre viager. Celle-ci passera au même titre, ainsi que la dîme d'Allouville, à Gerberge, si elle survit à Raoul et à condition de ne pas se remarier.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 43, p. 98-100.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir LOT, p. 98, n. 1.

Texte établi d'après a

Cyrographum.

Ego Rodulfus filius Anseredi et Gerberga, uxor mea, concedimus Sancto Gandregisilo decimam Belnai de toto alodio meo cum quarta parte monasterii que de ipso est alodio et de tota pecunia mea que in ipso erit alodio, preter decimam equarum quam sanctus habet Ebrulfus. Et concedimus etiam decimam de Alouilla quam in dominio habemus et ecclesiam totam. De Belnaio habent monachi decimam in uita nostra. De Alouilla post excessum nostrum. Et ita facta est hec conuentio de Alouilla ut ipsam decimam teneamus in uita nostra, si uxor mea post excessum meum non acceperit uirum ; si autem acceperit, statim in dominio sancti decima et ecclesia erit. Ipso die mortis nostre quicquid citra Sequanam habebimus in auro uel in argento et in quacunque pecunia uel sustantia Sancti Gandregisili erit. Gerberga per conuentionem apud Sanctum Gandregisilum jacebit. Propter conuentionem

istam ita factam donauit nobis abbas terram de Behttecrot in uita nostra, si uxor mea non acceperit uirum ; si autem acceperit, statim terra in dominio Sancti erit. Huius conuentionis testes sunt ex parte nostra : Rodulfus de Varena, Normannus Pennart, Willelmus filius Drogonis, Willelmus de Germundiuilla, Goisfredus frater ejus, Willelmus de Hugleuilla, Willelmus filius Poinz, Rodulfus Crassus, Rotbertus filius Alberici, Turstain filius Heleuuis et Rotbertus filius ejus ; ex parte abbatis et monachorum : Eustachius de Bertrimunt, Godefridus Gaillart et Rodulfus frater ejus. Rodulfus Bonet, Godefridus, Aaron. Ricart filius Osberni, Rotbertus de Wareluuast, Gulbertus Marescal, Walterius Camberlenc.

Donationi mee de decima Alouille jam dudum annuerat Willelmus filius Osberni et Willelmus de Warena, de quorum feodo erat, sed etiam requisitus Willelmus de Britulio, apud sanctum Gandregisilum, presente Rotberto comite, annuit et statim de concessione sua donationem ad altare fecit, me presente et conuentu monachorum. Ubi etiam interfuerunt ex parte Willelmi : Helias filius Lantberti, Mathiel, Rotbertus ; ex parte monachorum : Godardus, Rodulfus Bonet, Ricardus filius Osberni, Rainfredus custos ecclesie, Radulfus filius Fulconis.